Sub Actis Feria secunda post Festum Purificationis Gloriosae Virginis Mariae Anno 1651

71

Kalinowski Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas olim Francisci Kalinowski de Kalinowo Czosnowo haeres sanus mente et corpore existens palam et libere recognouit. Quia Nobili Alberto olim Philippi Kalinowski de ibidem haeredi et ipsius posteris summam certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae octo sexagenarum polon pro festo Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxime venturo parata pecunia soluere se de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac inscribit Sub vadio simili aliarum octo sexagenarum polon in casu pro tempore praefixo non solutionis ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptaraionem ac reali et effectiua satisfactione omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores vti abscribendo et abrenunciando.

Zareba Gieraltowska Reformat

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus praesenti comparens Nobilis Joannes olim Petri Zareba Districtus Lomzensis incola a foro suo proprio et iurisditione quauis competenti recedendo et huic se Castrensi Capitaneali Branscensi incorporando palam et libere recognouit Quia Nobili Heduigi filiae olim Tilis Joannis Gieraltowski consorti suae legitimae Ratione verae dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Zareby et alibi vbiuis locorum consisten nunc habitorum et in post fauente Diuino Numine habendorum et acquirendorum summam veri dotalicij sexaginta florenorum polon et addotalicij Decem florenorum polon inscribit assecurat et reformat dotaliciatque more et iure aliarum reformationum et dotaliciorum hoc in Regno Poloniae obseruari solitorum.

Zarzeczki Filio Donauit

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Nicolai Zarzeczki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Paulo Zarzeczki filio suo legitimo et ipsius legitimis successoribus bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Zarzeczkie Oszenskie ac Dambrowa sitorum videlicet totam et integram sortem eundem filium suum inter alios fratres legitime post decessum sui recognoscen concernen cum areis hortis agris pratis campis syluis borris rubetis aedificijs omnibus paruis et magnis subditis eorum vxoribus pueris gazis censibus dierum laboribus totaque substantia et supellectili domestica nec

7105

nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate et titulo hereditario cum om-
nibus utilitatibus fructibus proventibus reditibus attinentijs et pertinen̄ nullis exe-
ceptis pura mera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit irrevoca-
biliterq resignavit perpetuis ac diuternis temporibus. Cui iam exnunc Intromissio-
nem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem et Ntes duos quos suis
officiose acceptandam dat et admittit. Praesentaneo suo consensu ad id accedente.

Jakubowski — Cessio

Coram officio et Actis praesentibus Castren̄ Capitanealibus Branscensibus perso-
naliter comparens Nobilis Joannes olim Stanislai Jakubowski Districtus Miel-
nicensis incola a foro suo proprio et iurisditione quavis competenti recedendo
et huic se incorporando palam ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim
Nicolai Jakubowski et ipsius posteris de omni et integro iure suo seu Inscr̄one
certa principaliter per olim Ntem Bartholomaeum quondam Jacobi Jakubowski
Nobili Zophiae filiae olim Joannis Jakubowski conti suae modo reformato-
rio in medietate bonorum suorum super summam Triginta sexagenar̄ polon̄
coram Actis Trrbus Mielnicen̄ feria Secunda ante festum Sancti Stanislai
in Maio Anno Millmo Sexcentmo Trigmo facta tandem per praefatam Zo-
phiam contem secundi matrimonij olim Ntis Mathiae Wierzienski cum marito
sui assa Nti Thomae olim Georgij Jakubowski Camerario Trri Mielnicensi
coram Actis Castren̄ Mielnicensibus Sabbatho post Dominicam Cantate
Millmo Sexcentesimo Trigmo Sexto transfusa postmodum sibi recogno-
scenti per Ntes Martinum et Sebastianum filios olim praefati Thomae Jakubo-
wski nomine suo et Ntis Valentini fratris sui coram Actis pntibus feria
tertia post Dominicam Passionis Judica Anno Millmo Sexcentmo Quin-
quagesimo proxe transacto cessa cum omnimoda potestate Inscr̄onis ori-
ginalis et cessionis accepta sufficienti satisfactione cedit et condescen-
dit omneq et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam
eius et ipsius successorum plenarie transfert et transfundit Intr̄onem
illi exnunc realem per Mtem et Ntes duos offose acceptandam
admittendo.

Jakubowski — Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren̄ Capitanealibus Branscensibus pntr comparens
Nobilis Jacobus olim Samuelis Kozuchowski in Jakubowicze tenutarius sanus men-
te et corpore exens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Sta-
nislai Sobiechowicz Jakubowski et ipsius posteris obligationem suam ter-
rae immobilis in bonis Jakubowicze sitam sibi recognoscenti per Ntem Alber-
tum Sobiechowicz Jakubowski fratrem eius germanum coram Actis authenticis
in Quadraginta florenis polon̄ inscr̄am et per Ntem Chwiedoram Sakowska
consortem ipsius approbatam Cum omnimoda potestate eiusmodi Inscr̄onis
suae ac parata Intromissione possessione tuitione Evictione et ligamentis